



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Iter à Caipha ad Pilatum Die Iovis. Quintum Iter à Pilato ad Herodem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

bus, apud Pilatum accusatus fuit, quòd subverteret gentem ipsorum, quòd prohiberet tributa dare Cæsari, quòd seipsum Regem falsò diceret.

3. Ad Tribunal Pilati conductus, examinatusque num esset Rex Iudæorum, innocens inventus fuit, & declaratus Iudæis, atq; ab ipsis de novo calumniosè accusatus, quod commovisset turbas incipiens à Galilæa Ierosolymam usque.

DIE IOVIS.

Quintum Iter à Pilato ad Herodem.

Pilatus audiens mentionem fieri Galilææ, cuius Rex Herodes tunc erat Ierosolymæ,

ut

ut se expediret ex illâ causâ, in qua nihil iustitiæ inveniebat, mandavit ut Iesus ad Herodem duceretur. itaque bonus Dominus cum plausu Ministrorum qui eius vexatione gaudebant, devotò vinctus, & per gradus prætorii crudeliter protractus, illusionibus & percussionibus fatigatus fuit ab his qui atrium obsidebant.

2. Quia iam dies erat, & rumor capti Iesu per urbem sparsus, multis non ex compassionis affectu, sed animo illudendi, comitantibus, ut alias pessimè cum summo desolatæ Matris dolore, quæ forte ei in via occurrit, tractatus fuit.

3. Vbi ad Herodem venit Iesus, ab illo humaniter (ægrè ferentibus, qui eum adduxerāt, Iudæis) exceptus fuit, de multis magnâ instantiâ rogatus, præsertim, ut miraculum aliquod pareretur; verum curiositatem Herodis silentio repellens, cum accularetur constanter à Principibus Sacerdotum, & Scribis, à Rege & ab eius exercitu spretus, & iudicatus stultus, veste alba indutus fuit.

DIE VENERIS.

Sextum Iter ab Herode ad Pilatum.

1. **F**actis ad invicem amicis Herode & Pilato, qui antè inimici fuerant, remissus fuit Ie.